



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

De Monialibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

Vineæ, & eiusmodi loci, quæ monasterijs, domibusuè Regularium ita continenter sunt adiuncta, ut ab illis domibus, uel monasterijs ab eos hortos, locouè aditus sit, nulla uia, locouè publico interiecto. Sin autem de claustrorum finibus, circumscriptionem uè dubitatio, aut difficultas aliquando existat, per loci ordinarium, adhibitis Regularium superioribus, illa explicetur; certa que demum ipsis limitibus claustralibus definitio, circumscriptione statuatur; ut nè ob uarias eorum superiorum Regularium interpretationes occasio præbeatur, quam obrem censurarum uinculis fidelium animæ irretiantur.

7 Constitutio illa, qua à Pio V. Summo Pontifice interdictum est, omnes cuiusuis ordinis mulieres etiam generis splendore, aut dignitate illustres, Monasteria ingredi, quotannis semel, atque adeò sepius certis festis diebus, arbitrio Episcopi promulgetur.

3. De Mon.  
& Reg.  
De Constit.  
13.

*Quæ alia hoc Tit. fortasse desiderantur, uide Tit. de Confessarijs, & Concionatoribus, & prædicatione uerbi Dei, & copiosius in Indice.*

### De Monialibus.

De Ecclesia exteriori, & interiori Monialium,  
tam ex decretis Prouincialibus quam  
instruēt. Eccl. fabr.

#### SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia monialium exterior qualis.
- 2 Amplitudo illius quanta; tectumque cuiusmodi.
- 3 Transuerso pariete ab interiori diuidenda.
- 4 Altare maius, præscriptæ formæ, ubi inmitendum.  
Quo integumento operiendum. 10.  
In ipso sanctissimum sacramentum asseruandum. 11.
- 5 Gradibus quot, quibusque præcingendum.  
Quotque alij paulò distantius accommodandi. 23.
- 6 Fenestra ipso in Altari, & ubi construenda.  
Qua tamen cautione constituenda. 27.
- 7 Fenestræ huius, quæ forma, tam ex instructionibus fabricæ, quam decretis Prouincialibus.
- 8 Ea lineo panno contecta, ualuīs, claueque munienda, & à qua moniali clauis ipsa asseruanda. 7. in fi.

A a a 2 Eadem